



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

13. Maji. Eamus alacriter, securi, crucem quæcunq[ue] ferenda sit, sine Christo minimè futuram, ejúsq[ue] præsidium adfore semper nobis hostium omnium conjuratione potentius. S. Ignat. apud Bart. I. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

13. Maji.

*Eamus alacriter, securi, crucem quacunq;
ferenda sit, sine Christo minimè futuram,
ejusq; presidium adfore semper nobis ho-
stium omnium conjuratione potentius. S.
Ignat. apud Bart. l. 2.*

Rudis & indoctus patiendi patitur,
qui didicit pati, sine vulnere, imò si-
ne sensu vivit; quibus commovetur ille,
lætatur iste, sub quo onere alter gemit, ex-
ultat iste. Tantùm interest inter volentem
& nolentem pati.

Præparandus ad dura animus. Sæpius
in die quid dolere, quid sustinere possis, oc-
currat. Prævisa minùs, volita nihil, ferient.
In manu nostra est, parùm, aut nihil pati.

Sua crux habet solatia, his uti si sciamus,
nulla nos adversitas faciet infelices. Post-
quam Christus cum gaudio sustinuit cru-
cem, omnem huic sustulit amaritudinem.

Filius Dei non fuit sinè cruce. Crux non
erit sinè Christo, si hanc velut ex ejus
manu dono submissam accipias, si ejus
imitatione feras. Quisque suæ vel crucis,
vel fortunæ faber.

14. Mae